5.

iuuus. Ministeriales Alexander de Alesleven. Henr̄ & fr̄ eius Rudolfus de Jherichov. Heydinric camerarius & alii multi. Tota etiam Aluenbergensis et Cicensis eccl̄a tam prelati quam subditi. Abbates. Prepositi. & omnis clerus. Nobiles & Ministeriales. Actum Anno dn̄i. M. C. Lxxi. Indict̄ v. data nonas mai. feliciter amen...

1171

Priuilegium dn̄i Wicmanni Madeburgensis archiepiscopi. et confirmatio eius super proprietates eccl̄e prenominate.

In nomine sc̄e & indiuidue trinitatis Wicmannus diuina fauente misericordia sc̄e Madeburgensis eccl̄e archiepiscopus omnibus xp̄i fidelibus tam presentibus quam futuris inperpetuum gratia uobis & pax adimpleatur. Justum est & rationi approximat debitumque officii nostri expostulat uenerabilium patrum eccl̄e nr̄e pie memorie suffraganeorum episcoporum laude digna facta admirari. diligere. approbare. posterorum quoque notitie ne in obliuionem ueniant scripto transmittere. ut & presentes exempla bene uiuendi habeant & futuri pro maiorum suorum benefactis dominum benedicendi materiam inueniant. Ea propter notum esse uolumus omnium xp̄i fidelium qui coequalem nobiscum sortiti sunt fidem. et presentium uniuersitati & futurorum posteritati. qualiter uenerabilis pater felicis recordationis Dietheric Aluenbergensis eccl̄e episcopus pro eterna sui suorumque memoria. monasterium in honore beate marie perpetue uirginis a fundamentis in monte qui Buzowe dicitur erexit. & fratres illic sub regula beati Benedicti deo inperpetuum seruituros ex hirsaugensi cenobio aggregauerit. liberamque eis abbatum electionem ex eodem duntaxat ordine concesserit. & communicato fidelium & religiosorum consilio predia subscripta eis in usus cottidianos delegauit. hoc quoque factum banno suo & proprii sanguinis effusione confirmauit. Cum etiam aliquanto post tempore. dn̄s Vto & dn̄s Bertoldus eiusdem eccl̄e reuerendi pontifices secuti memorabile predecessoris opus approbauerint & fratrum stipendiis aliquanta infra annotata contulerint. Hec itaque sunt predia que iam dictus presul memorato cenobio contradidit. & scripto firmauit. Ipse mons Buzowe. Villa podegrodiz. Villa lukkonowe cum arbustis & salictis. Sex mansi in gline. vi. in pirun. In niendorf. x. mansi. & uincale cum arbustis. et prato. & omni utilitate. Villa Dupoldistorf. Villa Hagendorf. Rodewanst